Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26105
Copyright: Admont, Benediktinerstift



142

lib; dispensatoribus; et subregulis coelesyrie et fenicis. et honorificaue-
runt gentem templi domini
Et consummatis his accesserunt principes ad me dicentes. Non segregauerunt genus israel et principes et
sacerdotes et leuite et alienigene gentes et nationes terre immundicias suas a
chanaaneis et etheis et ferezeis et iebuzeis et moabitis et egyptiis et ydumeis.
coniuncti enim sunt filiabus eorum et ipsi et filii eorum. et commixtum est semen sanctum alienige
nis gentibus terre. Et principes etiam ipsorum et magistratus in iniquitatis huius abini
cio ipsi regni. Et mox ut audiui ista discidi uestimenta et sacam tunicam et la
cerans capillos capitis et barbam sedi dolens et mestus. Et conuenerunt ad me
quicumque tunc mouebantur in uerbo domini dei israel. me lugente super iniquitate ista.
et sedebam tristis usque ad uespertinum sacrificium. Et surgens a ieiunio discissa ha
bens uestimenta et sacam tunicam ingemiculans. et extendens manus ad dominum
deum meum dicebam domino. Confusus sum et reuerentia sum ante faciem tuam. peccata enim nostra multi
plicata sunt super capita nostra et iniquitates nostre exaltate sunt usque ad celum. quo autem
pacto patrum nostrorum sumus in magno peccato usque in hunc diem. et peccatis pro peccatis nos
tis et patrum nostrorum sumus traditi cum fratribus nostris et cum sacerdotibus nostris et regibus terre in
gladium et captiuitate et depredatione cum confusione usque in hodiernum diem. Et nunc
ecce quantum est quod contingit nobis misericordia abstinere domine deus derelinque nobis
radicem et nomen in loco sanctificationis tue clarificare luminare nostrum in domo domini
dei nostri dare nobis cibum in tempore seruitutis nostre. et cum seruientes non sumus
derelicti ad nos deus noster. sed extendit nos in gratia ponens nobis reges persarum dare
cibum et clarificare templum domini dei nostri et edificare deserta syon dare nobis
stabilitatem in iudea et in iherusalem. Et nunc quid dicemus domine habentes hec. Transgressi enim
sumus precepta tua que dedisti in manu puerorum tuorum prophetarum dicens. quoniam terra in
qua introitis possidere hereditatem ea terra polluta est commutationibus alienigenarum
terre et immundicie illorum repleuerunt eam tota immundicia sua. Et nunc filias uestras
non iungetis filiis eorum et filias eorum non accipietis filiis uestris. et non inquietes
pacem eorum cum illis omni tempore ut inualescentes manducetis optima terre et
hereditatem distribuatis filiis uestris usque in euum. et que contingunt nobis iuxta